DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

GONORRHOEA VIRULENTA.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,

DE

GONORRHOEA VIRULENTA;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, S. S. T. P.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI;

NECNON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu,

Et Nobilissimae FACULTATIS MEDICAE Decreto;

PRO

GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

ARTHURUS BROOKE FAULKNER, A. B.

TRIN. COLL. DUB.

HIBERNUS;

AD DIEM 12 SEPTEMBRIS, HORA LOCOQUE SOLITIS.

Tristius haud ullum monstrum, nec sævior ulla
Pestis, et ira Deum *Stygiis* sese extulit *undis*. VIRG.

EDINBURGI:

CUM PRIVILEGIO,

APUD ROBERTUM ALLAN.

MDCCCIII.

VIRO HONORABILI

ROBERTO CULLEN,

SUPREMÆ APUD SCOTOS CURIÆ, IN CIVILIBUS

NECNON IN CRIMINALIBUS

SENATORI,

Hæc paucula, Vir Spectatissime, studiorum primitias et animi in perpetuum grati perexile pignus accipias quæso. Quantam honorem mihi arrogo hasce paginas viro artibus liberalibus doctissimo, et ingenio, integritate et suavitate morum ornatissimo dicasse minime me latet; cujus amicitiæ et conciliorum præ omnibus memoriam, semper dum mihi vita restaverit gratissime fovebo: liceat mihi igitur, hoc libellum tibi sacrum velle, ut ita saltem pateat quam sim, semperque futurus sim sincero grati animi affectu, et pleno observantiæ obsequio tibi addictus et devotus.

Necnon, liceat mihi, hoc testimonium amicitiæ et amoris fratri meo Hugoni Faulkner, *Armigero, consecrare, cujus exemplum et virtutes semper erit in votis imitare.*

A. B. FAULKNER.

Digitized by the Internet Archive
in 2020 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b31967528

ERRATA.

Pag. 8,	lin. 7,	*pro*	Gonorrhœa	*lege*	Gonorrhœam.
—— 15,	— 8,	—	aëre	—	alio.
		—	producitur	—	inducitur
—— 16,	— 13,	—	hac	—	hæc.
	19,	—	glandulis	—	glandi.
		—	penes	—	penis.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

GONORRHOEA VIRULENTA.

A. B. FAULKNER Auctore.

CUM medici peritiſſimi hanc rem tam ingenioſè tractaverunt, et tam multi libri de eadem in lucem editi ſunt, nequaquam in mentem provenit aliquid novi proferre, vel caliginem quæ rem obtegit, minimâ parte dimovere ; meum tamen eſt theſin inauguralem edere, et hoc munere fungi conabor.

DEFINITIO MORBI.

VERBIS ſequentibus morbus a Dre. CULLEN definitur—" GONORRHOEA, in qua poſt concubi- " tum impurum humor puriformis cum dyſuria ex " urethra profluit." Hæc ſpecies GonorrhϾ ſyphiliticæ vel malignæ nomina adepta eſt: hic obſervare liceat nomen GonorrhϾ huic morbo ſatis inepte tum mihi tum aliis impoſitum eſſe conſtare, cum non ſit fluxus ſeminis qui morbum deſignat, ut derivatio nominis ſuggerit, ſed notionem falſam antiquorum exprimit, qui in ſede morbi parum vel omnino non verſati erant: quare ſi nomine Græco uti neceſſe ſit, ut naturam hujus affectionis exprimat, idem fert animus imponere nomen, ac Cel. SWEDIAUR, et morbum " Blennorrhagiam" nuncupare, cum, ut ſupra dixi, non ſit fluxus ſeminis, ſed humoris puriformis ex membrana interna urethræ ſecreti, qui morbi intimam naturam conſtituit:

tuit: melius impoſitum eſſe mihi videtur nomen Gonorrhœæ, huic ſpeciei morbi quæ dormientibus accidit, et quæ exinde haud ineptè Gonorrhœa dormientium appellatur. Veniam poſco pro hac aberratione; tamen cum terminis cujuſvis diſceptationis notionem certam et accuratam affigere neceſſe ſit (ut nil ambiguum oriatur), hanc veniam conceſſam mihi futuram eſſe ſpero: nunc ad rem progredior.

HISTORIA MORBI.

Gonorrhoea virulenta variis temporibus poſt coïtum ſeſe manifeſtat; ſæpe inter diem ſecundam et quintam, aliquando tamen multò ſeriùs: alii aliis temporibus multò magìs opportuni ſunt infectioni, dum etiam ſunt qui omnino non obnoxii eſſe videntur. Eodem modo ac alii morbi, ut rubeola, variola, typhus, &c. &c. in aliquos valere non poſſunt, quamvis multum contagioni expoſiti ſint, dum inter alios facillime graſſantur: imo etiam idem diverſis temporibus diſſimiliter infectioni Gonorrhϕæ opportunus eſt, et morbo proclivitas repetitione maxime augetur, ut ſatis bene experientia in dies teſtatur. Morbus modo ſequente plerumque ſemet oſtendit: æger paucis diebus poſt concubitum impurum, modò citiùs, modò ſeriùs, ſenſum gratum

vel

vel pruritum insolitum, per totum canalem uriniferum vel ejus maximam partem, potissimum verò circa ostium urethræ, percipit. Os urethræ solitò apertius fit, glans penis tumida et tensa; motus oscillatorius testium adauctus est, et nunc æger præter consuetudinem in venerem proclivis fit: extremitas ostii urethræ, si accuratè inspicitur, aliquantò inflammatione affici videtur, atque inter mingendum dolor sæpe maximè urgens ægrum vexat; humor plerumque limpidus vel coloris subfusci pressurâ adhibitâ, effunditur; morbo progrediente, dolor per urethram tandem percipi incipit, ac demum tam acutè sentitur, ut ferè intolerandus fit, potissimum inter guttas urinæ ultimas reddendas: hæc sensatio dolens "Ardor Urinæ" audit, quæ aquæ bullientis sensum bene referre dicitur; sanguis etiam aliquando urinæ admiscetur: brevi humor ex urethrâ secretus diversum colorem, flavum vel subviridem, vel sanguine tinctum exhibet, et quantitate multum augetur; fit etiam tenuior et copiosior; et haud rarò partes subjacentes erodit, hoc modo ardor urinæ adhuc magis intensus evadit,

evadit, atque adeò pungens ut urinam reddere maxime reformidet æger: his fæpius fuccedunt tentigo, phymofis, paraphymofis et non rarò bubones fympathetici, quæ omnia dolorem excruciantem ad extremum augent, adeo ut vita pro morte feliciter mutata videretur, nec die remiffione breviffimâ reficiatur, nec nocte ullo ferè fomno recreatur æger: priapifmus intolerabilis ægrum excruciat, et fi ullo cafu fomnus fefe obtulerit, propitium et obrepentem difpellit: jam morbus acmen attigit, tempus vero quo hoc accidit pro rebus multùm variatur; fcil. pro conftitutione, habitû corporis, temperamento, regimine, methodo medendi, &c. Tempus etiam durationis horum fignorum paritèr incertum eft; per dies octo vel decem plerumque perftant, fæpe citiùs remittunt, ferè femper fi inflammatio urethræ regimine idoneo fedulè evitetur, morbus fponte decrefcit, fymptomata gradatìm evanefcunt, profluvium craffius fit, et coloris albidi, ac demum omnino ceffat.—(Cull. Vol. IV. p. 387.)—Cum fit inflammatio membranæ mucofæ urethræ quæ naturam intimam morbi

morbi conſtituit, ſic cum ejus remiſſione morbus ipſe miteſcit, et alia proinde ſymptomata minus dolentia evadunt.

Hoc modo phœnomena ſolita Gonorrhœa ſeſe plerumque oſtendunt et terminant; longe aliter autem res nonnunquam ſeſe habet, ac ſecum multo magis periculi fert, ſcil. perinæum, et teſticuli, ac lacunæ etiam MORGAGNI inflammatione afficiuntur; quæ aliquando in ſuppurationem abit; inflammatio ulterius prorepens cervicem veſicæ etiam ac glandulam proſtatam et chordam ſpermaticam occupat, hinc urinæ ſuppreſſio vel incontinentia, teſtium tumor, &c. Ureteres una cum veſicâ aliquando afficiuntur, et inflammatio ad renes ipſos aſcendit, rariſſimè tamen omnia hæc ſigna infauſta in eodem ægroto obſervantur ſub eodem inſultu; ſæpius profluvium ex urethra cum ardore urinæ ægrum tantum vexat, formam adhuc mitiorem aliquando et induit morbus, ſed hoc raró. Sub his formis mitioribus diæta parca ſine ullo alio remedio evaneſcit.

In

In mulieribus ſigna propemodum eadem ſunt vel mitiora, et ſimili modo tractanda; morbus tamen non ſemper æque feliciter exit; aliquando magna debilitas partium ſuccedit, et fluxus muci ex urethra pellucidus et tenax et inſtar ſeminis virilis in longum producitur; hæc morbi ſequela Angl. "Gleet" appellatur, et Gonorrhœa imperitè tractatam vel violentam ſæpiſſimè comitatur. Hæc affectio ſæpe plures annos nullis remediis ſananda perſtat, et ſemper facillimè exaſperatur exercitatione quavis præcipuè venere nimis cultâ, vel potûs exceſſu. Inter duas ſpecies hujus affectionis maximi momenti erit diſcrimen facere; nam curatio ex toto variatur prout ab exulceratione vel relaxatione merâ urethræ oriatur; in priore caſu ſedem exulcerationis cognoſccere nos æquè oportet, ut de prognoſi judicium ullâ fiduciâ faciamus, nam periculum fit magis imminens prout exulceratio altius per canalem urethræ prorepit. Hæc morbi ſequela hydrargyro tantùm cedit, ſicut lues ipſa; altera relaxatione merâ exoriens remedia topica plerumque ſolummodo expoſcit.

Gonorrhœæ

GonorrhϾ imperitè tractatæ ſæpe ſuccedunt epidydymis durities, fiſtulæ perinæi, tumores urethræ verrucoſi, bubones et emiſſiones ſeminis involuntariæ, ſtricturæ urethræ, &c. Ex quibuſdam horum infeliciſſimus æger raro omnino immunis evadit. Alios effectus, ſequelas GonorrhϾ Virulentæ ſi ad rem pertineret, ſubjungere poſſemus; hæc autem jamjam tradita, præcipua eſſe nobis videntur.

CAUSÆ REMOTÆ.

Causa occasionalis Gonorrhœæ malignæ, est mucus acris e vagina in urethram introductus unde morbus excitatur, stimulò urethræ applicato. Sunt qui affirmant virum a vasis lymphaticis penis absorberi, et per ea in urethram depositum, si hac ratio fuisset qua virus ad urethram deveheretur, Gonorrhœa semper observata fuisset, sub insultu, tum alte in urethra, tum sub fræno collocata; hoc forsan rarissime vel nunquam sese sic habet *.

Do Causa Prædisponente,—Nil fere pro certo dicere possumus; forsitan clima, tempestas, ætas, habitudo corporis, et idiosyncrasis, ut in aliis, sic in hoc morbo, inter causas prædisponentes haberentur. Investigatio hujus, ingeniosis seposita est.

DE

* Vide SWEDIAUR, p. 25.

DE CAUSA PROXIMA MORBI, ET NATURA VIRI.

Inter medicos diu exiſtimatum fuit, profluvium Gonorrhœæ malignæ ab exulceratione urethræ proveniſſe: rem quidem interdum ita ſe habere, parum nego, ulcera vero rariſſime ſubeſſe compertum habeo; hanc opinionem noſtram ſatis corroborant diſſectiones cadaverum horum, ſcilicet, qui morbi violentiæ vitam ſuam tradiderunt, in quibus nulla ulcera detecta fuerunt. Hoc etiam vim accipit ex eo, quod ulcera in labiis vaginæ fœminarum rariſſime conſpiciuntur. Morbus nil nobis eſſe videtur præter fluxum muci in lacunis urethræ inordinate ſecreti quantitate, colore, et ſpiſſitudine mutati, pro ratione ſtimuli acrimoniæ; hoc naturam morbi proximam conſtituere opinor. Eodem modo ac alia ſtimulantia, excretionem in aliis partibus corporis augent, ut ſtimu-

lantia naribus, vomitoria ventriculo, purgantia in testinis admota, &c. sic virus, Gonorrhœam excitare habeo. Hinc rationem adhibere possum quantitatis profluvii in Gonorrhœa Virulenta si autem secundum opinionem medicorum olim, fluxus, vel seminis virilis, vel etiam puris fuerit, nemo, tam bonæ constitutionis, vel utcunque patiens ægritudinis, diu sustinuere potuit: hic fluxus igitur stillicididium muci *puriformis* haud inepte, appellari videtur. Ope hujus muci largiter secreti, partes urethræ internæ defenduntur ab exulceratione, vel viro per canalem uriniferum altius extendente, sed si ullo casu deficiat hic mucus, ulcera progignuntur, nempe quia virus obvolvi non potest, sic etiam (propter defectum muci scilicet) ulcera partium penis externarum, viz. glandis, et præputii inducuntur, sic lues ipsa progignitur; igitur has duas affectiones, luem, et Gonorrhœam Virulentam ejusdem infectionis solummodo modificationes opinor.

Argumenta horum, qui opinionem contrariam tenent,

tenent, his ſequentibus forſan comprehendi poſſunt.

1*mo*,—Venenum Gonorrhœæ Virulentæ, ſymptomata ſyphilitica nunquam inducet.

2*do*,—Acrimonia Gonorrhœæ, ulcera, Anglice "Chancres" dicta, nunquam ciet, vel vice verſa.

3*tio*,—Curatio Gonorrhœæ hydrargyri ope nunquam promovetur, ſed quævis Gonorhœa ſine hydrargyro et ſine ullo morbi reditûs periculo, ſanari poteſt.

Has opiniones infra refellere nitendum eſt. Luem non ſemper Gonorrhœæ ſequelam eſſe explicatû parum difficile videtur; nam ſi Gonorrhœa non vel admodum violenta vel imperite tractata ſit, inflammationem urethræ ſolummodo ciet, nulla exulceratione facta, quâ virus reſorbi poteſt; mucus membranæ internæ urethræ largiter ſecretus, virus recondit vel abluit; urina, etiam canalem

urini-

urinifernum abſtergens, huic ablutioni haud parum confert: ſi vero Gonorrhœa vel imperite tractata ſit, vel propter violentiam, partes aliquas erodit, venenum in ſyſtema reſorbetur, ulcera et lues ipſa producuntur *.

Quando etiam virus admovetur corporis partibus, quæ talibus glandulis, ut in urethra, inſtructa non ſint, quæque nulla ſecretione colluuntur, venenum

* De hoc, verba Cel. SWEDIAUR, ſubjungere ut rem melius intelligamus convenit.——

" I have ſeen claps (ſays he) through injudicious " treatment, or where the diſeaſe had been originally accom- " panied with an ulcer of the urethra, followed by the moſt " unequivocal ſymptoms of lues itſelf."—(And again in another place)—" It is certain, that when Gonorrhœa is ac- " companied with an ulcer of the urethra, the parts are then " diſpoſed to an abſorption of the virus; in theſe circum- " ſtances, I never met with a ſingle caſe, where this abſorp- " tion did not take place; and if early recourſe was not had " to Mercury, the lues moſt certainly was produced. I " have alſo met with ſeveral caſes (ſays he) where, from the " accidental wounding of a ſmall blood veſſel in the urethra, " by the unſkilful application of the ſyringe, or catheter, " the virus of a ſimple clap has been abſorbed, and produced " unequivocal venereal ſymptoms in the ſyſtem."

nenum venis lymphaticis reſorbetur, et in ſyſtema devectum, luem excitat, hinc ulcera glandis penis et præputii, hinc etiam ulcera venerea naſi, et palpebrarum, tactu manuum ſcilicet, veneno oblinitorum exorientia. Nemo forſan negabit, quin virus ulcerum venereorum urethræ applicatum Gonorrhœam excitaret, cum hæc tam facile quovis aëre ſtimulo producitur *. —— Quoad tertiam opinionem, viz. quod curatio Gonorrhœæ hydrargyri ope nunquam promovetur, error ab hoc oritur, nempe, quod natura ſæpius curationem ipſa efficit, viz. cum nulla ſit abſorptio viri; in his caſibus mitioribus, virus denique exputum eſt, in ſecretione mucoſa urethræ involutum; ſed quando excoriatio vel exulceratio urethræ virus abſorbere partes opportunas reddit, nil amplius extra circulationem manet virus, nec ejicitur, ſed in ſyſtema abſorptum luem diſſeminat, nullo alio remedio præter hydrargyrum

ceſſuram:

* Vide SWEDIAUR de Gonorrhœa, p. 37, ubi experimenta in ſeipſum inſtituta narrat.

ceſſuram: cum, in caſu priori, nulla ſit viri abſorptio, parum uſui inſerviit hydrargyrus, nam extra decurſum ejus eſt morbus; hinc forſan orta fuit opinio ejus inutilitatis in omni caſu, quare primi momenti erit inter has duas ſpecies GonorrhϾ diſtinguere, cum ſingula earum, remedia diverſa et ex toto a ſeſe differentia, etiam ac ſi morbus generis diverſi fuerit expoſcat. Ab omnibus his præmiſſis vix ac ne vix dubitare poſſum quin ab eadem contagione pendere luem et Gonorrhœam Virulentam quod tamen multa ſunt argumenta hiſce oppoſita et aliis viris ingenioſis adducta parum ignoro: cum hac e contra perpendam, animus iterum negare quod antea probare propoſui me inducet; liceat interrogare, Ubi latet virus poſt coitum impurum quando Gonorrhœa Virulenta ſolummodo oritur? Aliquis mihi forſan reſpondeat, In cavitate urethræ, quare non æque glandulis penes adhæret, virus nulla ablutione amovendum, et quare Gonorrhœam Virulentam non ſemper vel plerumque commitatur,

mitatur, nam virus partibus externis æque ac internis applicari, nemo negare poteſt; ſi ſit objectum abſorbentia glandis penis non ſemper ad ſua munera apta eſſe, hoc explicationem potius quam affirmationem meram expoſcere videtur. Hic atra caligo rem óbtegit, et quamvis opinionem contagionis identitatis adoptavi, rationi parum omnino congruentem ſeſe offerre confitendum eſt; ſic rem ut inveni relinquo experientiâ accuratius obſervantium determinandam.

Quod ſunt argumenta ex teſtimoniis hiſtoricis illata, quæ opinionem noſtram ſubvertere videntur, parum ignoro, viz. quod lues in Europam haud ante annum 1493 ſeſe oſtendit, Gonorrhœa Virulenta autem non niſi quadragenis annis poſtea elapſis ibidem innotuit: Argumentis tamen ex teſtimoniis hiſtoricis rebus factis et experientiæ repugnantibus, nulla fides habenda eſt. Alia deſunt argumenta litem componere; nos rem in medio relinquimus.

RATIO SYMPTOMATUM.

ARDOR URINÆ.—Ex viro urethræ inflammationem excitante exoritur; hinc partes affectæ præter ordinem ſenſiles evadunt, et acrimoniâ urinæ potiſſimum læduntur, aliæ partes etiam urethræ, (ſi inflammatio altius extenderet), abraduntur, ac demum cervix ipſius veſicæ affectionibus dolentiſſimis afficitur; ſcilicet *Iſchuriâ* et *ſtranguriâ*—harum cauſæ proximæ variæ ſunt, prout cauſæ excitantes variantur, viz. 1*mo*, eſt Inflammatio vel contractio ſpaſmodica veſicæ cervicis, Gonorrhœâ retropulſâ exoriens. Vel 2*do*, eſt Compreſſio veſicæ, vel urethræ, quâ fere vel omnino clauduntur, ex tumore glandulæ proſtatæ vel partium vicinarum proveniens. Vel 3*tio*, denique iſchuria vel ſtranguria oriuntur ex cicatrice vel caruncul o fungoſo in aliqua parte urethræ; hujus

hujus ſpeciei affectionis curatio difficillima eſt, fere ſemper medici peritiam fruſtrans.

Tumor teſtium.—Secundum aliquos ſympathiâ partium exoritur, alii ad abſorptionem referunt, dum etiam ſunt qui inflammationem tarde extendentem ad veſicæ cervicem et curſum ſeminis cohibentem, hujus ſigni infauſti cauſam eſſe tenent; nulla tamen harum rationum culpâ immunis eſt; ab omnibus fere nunc conceditur, tumorem teſtium non ex abſorptione viri vel ſympathia provenire, ſed acrimoniâ veneni altius in urethram tranſlati, ubi ductos excretorios vaſorum ſeminis virus irritat et hinc excretio ſeminis cohibitur, vaſis ipſis contractis et tumore affectis; hinc etiam ſeminis accumulatio prìmo in vaſe deferente, tum in epididyme, et poſtremo in teſticulo ipſo; virus vaſa ſpermatica irritans, ſi non amotum ſit, ſuppurationem, et calloſitatem denique inducere ſolet.

DIAGNOSIS.

MORBI præcipui quibuſcum Gonorrhœa Virulenta confundi poteſt, ſunt Gonorrhœa Benigna, Leucorrhœa, Affectiones Renum, et Veſicæ Uriniferæ, de quibus paucula in ordine ut dignoſcantur, dicere propono.

Gonorrhœa Benigna—Ab hac facillime diſtinguitur Gonorrhœa Virulenta.—1*mo*, Quantitate fluxus majore et acriori, et profluvio ipſo contagione communicato.—2*do*, Cauſis excitantibus omnino diverſis, viz. quæ Gonorrhœam Benignam cient, nempe debilitas, laxitas ſolidorum, venus immodica, Gonorrhœam Virulentam nunquam ciere valent; vel breviter, Gonorrhœa Virulenta

rulenta a Gonorrhœa Benigna internoſcitur, oſtii urethræ turgitate, et dilatatione, dyſuriâ et plerumque fluxus natura et colore, tentigine et ad metaſtaſin proclivitate. *Leucorrhœa.* Inter hanc et Gonorrhœam Virulentam ſæpe difficile eſt diſcriminare; ſequentia præcipua ſunt diagnoſtica, viz. in fluore albo fluxus eſt plerumque copioſior in dato tempore, et circa tempus quo menſes fluere ſolent magis infeſtat, et copioſior effunditur; mulieres leucorrhœa afflictæ habitum corporis debiliorem quam in Gonorrhœa obſervatur habent, præterea doloribus dorſi et lumborum magis vexantur.

Affectiones Renum.—Hæ facillime internoſcuntur dolore calore et ponderis ſenſu cum aliis inflammationis ſignis in regione renum, fluxum ſemper precedentibus; hac autem ſymptomata febrilia Gonorrhœam Virulentam nunquam comitantur, vel antecedunt, rarò etiam per morbi decurſum notatu

digna

digna ſunt, niſi inflammatio urethræ maxime dolens et excrucians evaſerit.

Affectiones Veſicæ Uriniferæ.—Dolor circa partem abdominis inferiorem, et in regione veſicæ, has affectiones plerumque notat, præterea in veſicæ urinæ affectionibus, profluvium humoris rarò apparet niſi cum urina dum reditur,

PROPHYLAXIS.

PROPHYLAXIS.

De Prophylaxe parum pro certo aliquid dicere possumus, cum quævis cautio tam sæpe inefficax sit morbum prævenire, hoc autem consilio methoda varia sese offerunt, viz. Alkali causticum ut muci proprium solvens, a Doct. Fordyce commendatur partes post coitum detergere, et eodem consilio alii, solutionem muriatis hydrargyri corrosivi adhibent; hac tamen inflammationem aggravantia, non semper sine periculo administrantur; sapo communis ut minus acrior consilio prophylaxis multo magis commode respondet, ut Doct. Duncan, in Prælectionibus suis, de Natura Muci tractans, observat: Omnia prophylactica tamen plorandum est, spes nostras sæpissime frustrare et forsan in longum frustrabunt, ut si supplicium fuerit nobis Deo inflictum, justum peccatorum prœmium.

PROGNOSIS.

Si in membrana urethræ mucoſa ſitus ſit morbus, vix ac ne vix ſecum ullum periculum trahit, et in paucis diebus fere ſemper ſanatur; ſed ſi partes magis internas, ut glandulas Cowperi, veſicam, vel glandulam proſtatam occupat, nil fere pro certo de tempore morbi durationis, ſtatuere poſſumus; præterea duratio pro conſtitutione ægrotantis, multum variabit.

CURATIO

CURATIO MORBI.

GONORRHOEAM nullis adhibitis remediis ſæpe ſponte diſceſſuram eſſe in dies experientia docet, ſed ſæpius formam magis complexam induit morbus, quo circa medici attentionem magis ſollicitat. Imprimis de injectionibus tractare propono.

Injectiones.—Harum exhibitio pro morbi ſtadio multum variatur, viz, in *primo* ſtadio cum inflammatio membranæ mucoſæ urethræ, ſolummodo ægrum vexat, injectiones aſtringentes curationem ipſæ plerumque efficient, ſed cum glandulæ tumore et inflammatione afficiuntur, ut in *ſecundo* et *tertio* morbi ſtadio, harum uſus multum periculi ſecum trahit.

In ſtadio morbi *primo*, nil præter tumorem unius vel amborum teſtium, nos deterreret, quin

ad uſum immediatum et diligentem injectionum aſtringentium, decurramus; hic obſervare liceat, praxi medicorum olim, qui injectiones emollientes, in hoc morbi ſtadio adhibere ſoliti fuerunt, parum fidendum eſt; nam partes relaxant et profluvium protrahunt. Injectionum aſtringentium variæ ſunt formulæ, ſed omnium hac infra mihi optima eſſe videtur.

R. ceruſſ. acetat. ℈j
diſſolve in ℥ij ſs. aquæ
grs. xv. Sulph. Zinci
diſſolve in ℥ij ſs. aq.
miſce et injiciatur
acetis Zinci.

In ſtadio morbi *ſecundo*, cum penis corpus ex toto dolens fit, priapiſmus excrucians, et glandulæ Cowperi tumore et inflammatione afficiuntur, vel in tertio cum glandula proſtata tumefacta, et præter modum irritabilis evadit, vel in quarto,

cum

cum vesica ipsa inflammatione occupatur, in omnibus his, injectiones astringentes rejici debent, ut fluxum impedientes, et harum in loco emollientes, ut fluxum promoveant, et acrimoniam viri obtundant, administrare præstabit; hoc consilio, oleum tepidum vel aliæ injectiones emollientes, in urethram sunt injiciendæ, vel si dolor maxime urget, opium per anum injicere conveniet.

Ne inflammatio perinæi, vel glandulæ Cowperi, in suppurationem abeat, nobis diligentissime præcavere oportet, hoc consilio, sanguis copiose mitti debet, regimen antiphlogisticum stricte est administrandum, lâxantia, emollientia, et applicationes sedativæ partibus impositæ, sunt adhibendæ; si vero tumor in suppurationem abeat, fomenta, et emollientia, ut naturam adjuvemus, et suppurationem promoveamus, admovere præstabit, et denique tumorem incidere, ne in urethram erumperet, et morbus fiat insanabilis.

Præter abſceſſus glandularum, ſæpe et alii in corpore cavernoſo, ac ſpongioſo urethræ gigni ſolent; de horum tractatione, ad ſyſtemata chirurgiæ lectorem referam.

In ſtadio morbi *tertio*, cum glandula proſtata ſit morbi ſedes, ſanguis immediate detrahendus eſt, pro conſtitutione et ægri viribus, fonticuli etiam ex utroque latere raphæ perinæi, multum prodeſſe ſolent, et clyſmata ex opio, irritationem et dolorem ut compeſcant, jure adhibentur, viz. Guttæ xxx. laudani liquidi, et ℥ij. Amyl. tenuis doloris remiſſionem plerumque cito præbent, et præterea teneſmum mitigant. Diluentia blanda ut infuſiones altheæ, vel ſeminum lini, acrimoniæ profluvii obtundendæ, optime inſerviunt. Laxantia in hoc, æque ac in quarto morbi ſtadio, debent eſſe lenia, propter irritationem quam ciere ſolent. Tumor glandulæ proſtatæ vix ac ne vix in ſuppurationem abit, ſed quando venæſectioni non cedit, vel gradatim ſubſidet, in ſchirrum poſtremo ſæpe deſinit; hujus

hujus sequela Anglice "Gleet" appellatur, et nullis fere remediis sanandum. Aliquando meatus urinifernus, ex toto clausus est, et hinc necessitas vesicæ incisionis, ut urina redderetur, et ne morte erripiatur æger.

In stadio morbi *ultimo*, eventus non æque timendus est ac in hoc jamjam tradito, sed eadem fere remedia sunt usurpanda; hac omnia consilio irritationem compescendi, sub initio morbi administranda sunt, et votis nostris plerumque respondent; cum vero morbus progreditur et dolor minus acutus evadit, irritatione tamen adhuc manente, et profluvio materiei viscidæ comitante, venæsectio, et hac alia remedia antea memorata parum usui inserviunt; in hoc morbi statu, cinchona officinalis, et olea terebinthina indicantur: horum doses solito majores, ventriculi statui solummodo accommodatæ, sunt exhibendæ.

Quod diætam attinet, semper tenuis esse debet, dum

dum ægrum inflammatio vexat; sed, morbo progrediente, cum debilitas magna inducitur diæta debet esse generosior.

FINIS.